

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 7561

**Autre(s) référence(s) :** Round 813

**Auteur(s) :** Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1148, novembre]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Hugues, archevêque de Rouen, et Arnoul, évêque de Lisieux, invitent Pierre, abbé de Furness, à rentrer sous la sujexion de l'abbé de Savigny, en suite du jugement qu'ils viennent de prononcer contre lui par défaut comme délégués apostoliques.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Documents relative to the abbey of Furness, extracted from the archives of the abbey of Savigny*, The Journal of British Archaeological Association, 1851, n° II, p. 420-421.
- b. Auvry Claude (Dom), *Histoire de la congrégation de Savigny*, Rouen/Paris, A. Lestringant/A. Picard, 1897, 3 vol., t. 3, p. 13 (traduction partielle en français).
- c. Guilloréau Léon (Dom), *Le démêlé de Serlon, abbé de Savigny, et Pierre d'York, abbé de Furness, 1147-1150*, Évreux, Imprimerie de l'Eure (extrait de Revue catholique de Normandie, 1916), 1916, n° III, p. 138-139.
- d. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens'*, Archbishop of Rouen (1130-1164), PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix, « The Acta of Hugh 'of Amiens' », n° 162, p. 519-521.
- e. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie*, 12. und frühes 13. Jahrhundert, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., t. 2, n° 6, p. 93-95.

## Dissertation critique

Datation proposée par H. Müller.

Texte établi d'après e

H. Dei gratia Roth(omagensis) archiepiscopus et Arn. Lexouiens(is) episcopus dilectis in Christo fratribus Petro et conuentui Farn(esieni) salutem, gratiam et benedictionem, si obedierint. Sicut, frater [Petre], literas ex parte domini pape nobis atulisti quibus precipiebat, ut proxima sancti Michael(is) festiuitate causam que inter abbatem Sauiniac(ensem) et te ipsum uersabatur, audiremus et auditam fine canonico terminaremus. Prefixum etiam fuit in literis, quod antequam dominus papa ab excommunicatione qua tenebaris te absolueret, iuramentum eidem feceris, quatinus mandato eius obedires. Ceterum prout attestatus es, prepediten [te] infirmitate in redeundo multam moram feceras et ex mandato ipsius domini pape prius ad regem Scocie et ad archiepiscopum Eborac(ensem) mandata et literas eius celerius perferre habebas et, ut requisiisti, prefatum terminum usque in festum beati Martini prolongauimus atque literas nostras inde abbati Sauiniac(ensi) per te ipsum transmisimus. Eodem uero

termino festi sancti Martini abbas Sauiniac(ensis) cum pluribus abbatibus et multis, ut credimus, religiosis et honestis personis ante nos uenit et causam suam se ipsum paratum prosequi presentauit, tu uero nec uenisti nec aliquem qui pro te ageret, transmisisti. Transactis denique aliquot diebus, cum defecisses nec appareres, ostendit nobis prefatus abbas Sauiniac(ensis) cartam regis Angl(orum) Stephani testantem donationem factam fuisse super abbatia Farn(esiensi) Sauiniac(ensi) abbatie et priuilegium domini pape confirmans locum illum eidem abbatie Sauiniac(ensi). Cum igitur, sicut diximus, multe religiose ibi essent persone, productis in medium sacrosanctis euuan [ge]liis, surrexerunt abbates, priores et alie plures religiose persone qui in uerbo Domini contestati sunt, se uidisse ecclesiam Sauiniac(ensem) inuestitam fuisse de abbatia Farn(esiensi) et usque ad tempus tuum in pace possedisse. Suscepto itaque eorum testimonio, cum super omnia defecisses, adiudicauimus et restituimus abbatiam Farn(esensem) Sauiniac(ensi) abbatie. Vnde tam tibi quam uobis omnibus fratribus qui in predicto loco commoramini, auctoritate domini pape qui uices suas in causa ista nobis commisit, mandamus atque precipimus, quatinus abbati Sauiniac(ensi) et ecclesie sue amodo obediatis et ab inuasione et presumptione ac rebellione uestra uisis literis istis omnino desistatis atque liberam facultatem disponendi de rebus et possessionibus Farn(esensibus) pro uoluntate et arbitrio suo eidem abbati Sauiniac(ensi) habere permittatis. Quod nisi feceritis infra XV dies postquam mandatum nostrum susceperitis, sententiam excommunicationis in uos et in omnes qui uobis obedierint, ponimus et licentiam uos ipsos excommunicandi et complices uestros uice domini pape qua in causa ista fungimur, eidem abbati Sauiniacensi concedimus.